Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& inebriat hominē. ita uerbū dī qui ē panis uiuus. participatione sui fidelium recreat mentes. Ista dicendo planissime cōfitetur. qd̄ in sacramēto corporis & sanguinis dni. quicqd exterius sumitur. ad corporis refectionē aptatur. Verbū aut dī qui ē panis inuisibilis. inuisibiliter participatione sui fidelium mentes uiuificando pascit. Hinc & iā idem doctor dicit. Sacramentū ē in aliqua celebratione. cū res gesta ita fit. ut aliquid significare intellegatur. qd̄ sancte accipiendū ē. Hęc dicendo ostendit omne sacramentum in diuinis reb' aliqd secreti cōtinere. & aliud ēe qd̄ uisibiliter appareat. aliud ū qd̄ inuisibiliter sit accipiendū. Quę sint aut sacramenta fidelib' celebranda. cōsequenter ostendens ait. Sunt aut sacramēta. baptismus. & chrisma. corpus & sanguis. Quę ob id sacramēta dicuntur. quia sub tegumēto corporaliū rerū. uirtus diuina secretius salutē eorundem sacramētorū operatur. Vnde & a secretis uirtutib' t sacris. sacramēta dicuntur. Et inēsequentib' ait.